

Kreis
Paderborn

S. 145

1172.

Bischof Evergis v. P. beurkundet die Übertragung eines Zehnten in Rucenhusen¹⁾ an das Kloster Hardehausen.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Evergicus Dei gratia Patherburnensis ecclesiae episcopus. Novit cauta antiquorum providentia, qualiter iniquorum machinationibus obviari posset privilegiorum firmitate, stabilientes, ne rationabiliter statuta solvere possent, qua perpetua firmitate subsistere volebant. Horum nos sequentes vestigia, quae coram nobis et per nos gesta sunt, in praesenti pagina conscribi fecimus. Conradus igitur ministerialis ecclesiae nostrae de Wullenhusen, cum decimam quandam a nobis in beneficio teneret super curtem quandam Rucenhusen dictam, quae est ecclesiae in Hersvithehusen a iam dictae ecclesiae Richardo abbate et fratribus ipsius octo marcas argenti recepit, ea conditione, ut praedictam decimam nobis resignaret et ecclesiae iam dictae eam dari peteret, quod et fecit. Veniente Co(nrado) ipso Wartberch in praesentiam nostram cum uxore Bertheide et filio nomine Herimanno ipsam coram nobis decimam omnes resignaverunt, et nos ecclesiae eam tradere postulaverunt. Nos igitur sperantes orationibus ibidem Deo servientium ingiter nos adiuvari praememoratae ecclesiae decimam eandem perpetuo iure possidendum contulimus.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCLXXII, indictione V, multis praesentibus, quorum etiam nomina subscripta sunt. Ut autem rata haec et inconclusa perpetua firmitate subsisterent, paginam praesentem sigilli nostri impressione insigniri fecimus. Testes autem horum hii sunt: Canonici Patherb. ecclesiae Sifrih preepositus, Alemar decanus, Ecbrath, Uffo, Herebrath, Bernhart, Altman, Wolbracht, Meinric, Bezelin, Reinherr, Lothewich, Conrat, Conrat, Alexander et caeteri; laici autem hii sunt: Volnant, Heriman, Conrat, Conrat, Manegolt, Thiederic, Rotholf, Luidolt, Widekint de Osethe, Udo, Hugo, Volbraht, Helmwich, Heriman, Hartman, Heinric Spir, Heriman, Helmwich, Thietmar, Hugo, Everhart, Volewin, Adelbero, Adelrat, Conrat, Andreas, Conrat, Thiemo, Conrat, Adelbraht.

VII, 43 sq. Collatum cum suo originali integro et illaeso 1661 Decemb. 27. Niehusii. Sigillum integrum. Siegelbeschreibung.